

NUMMUS TRIUMPHALIS

HENRICI II. GALLIARUM REGIS:

Cusus post expeditionem contra Eduardum V I.

Angliæ Regem susceptam: receptam Bo-

loniam: Anno Chri-

sti 1549.



DE U Sex improvise apparsit in eos dicitur, quibus in rebus perplexis præter spem exoritur aliquis, qui salutem adferat, negotijq; difficultatem expediat. Sumptum est à consuetudine Tragædiarum, in quarum plerisq; machinis quibusdam Deus ostendebatur: idq; non in scenâ ipsâ, sed è sublimi, qui repente commutatis rebus, fabule finem imponeret. Haud inconcinne itaque hoc adagium pro simbolo usurpavit Henricus II. Rex Galliarum, cum præter omnium expectationem, celeritate incredibili Anglos invaderet: præterque facinora edita alia, Bolonienses, peregrini pertæsos imperij, sibi regnoque suo recuperaret. Cum enim Anglos civilibus laborare dissidijs, bellisque videret, in Scotia verò res prosperè cedere intelligeret, arreptâ hâc occasione Gallos adoritur: primum, in Sequallensem munitionē facit impetū: captâ ea Lamberti-montis eò adigit prædiciarios, ut effusis in aquam fossarum omnibus cadis tormentarij pulveris ac reliquo apparatu, ne in hostium potestatem veniret, obscurâ nocte sese Cesoniacum navale receperint. Reliqua erat Turris Ocdæ expugnanda, verum, ad lucrandum tempus, mole illam saxorum, & navium demersarum hostibus inutilem reddit. Cesoniacum navale cingitur obsidione, ubi Rex juvenis, cum tantæ bellorum moli non posset resistere, post